


Dicitur fuisse natus, Anno Christi sabente 1415, die 21 Septembris à meridie horis 9. minut. 24 Ascendente 16 Geminorū, & fuisse Solem in 6, 36 Libræ. &c.

Anno Christi 1440. corrente die 2 Februarij post 23 horam ante meridiem eiusdem diei, principio Tauri oriente, electus est serenissimus princeps Fredericus in Imperatorem.

Coronatus est in Aquilgrano, anno domini 1442 corrente die 17 Iunij, horis quali tribus ante meridiem, principio Virginis oriente, Venere in Corde Solis tunc exsistente.

Anno 1452 corrente bifextili, die 19 Martij, die & hora Solis, Coronatus est in Caesarem Romæ, Ascendente 6 gradu Leonis.

Anno Christi corrente 1493, die 9 Augusti circa meridiem obiit in Lintz Austria.



¶ Latitudines planetarum.

♃	2	39	M.	A
♁	1	6	S.	D
♂	0	7	S.	A
♄	2	47	M.	D
♅	2	38	M.	A
♁	0	25	S.	A

Nata in noua ciuitate prope Lisibonam Portugaliz.

¶ Quomodo septem Planetæ gubernent conceptum iam foetum, à die conceptionis, usq; ad horam natiuitatis.



¶ V o sunt principia hominis, Conceptio & Partus. Per primum hoc principium conceptionis, possumus scire ea quæ accidunt creature antequam nascatur. Per secundum uero, ea quæ uentura sunt nato post partum, Nam infans tunc adipiscitur ea, quæ dum in utero clauderetur, non habebat. De primo igitur principio, uide quomodo septem Planetæ gubernent conceptum foetum à die conceptionis, usq; ad horam natiuitatis. Saturnus supremus planetarum dirigit conceptum, per primum mensem à die conceptionis, qui materiam coagulat, constringit, & exicat. Sicut enim ipse altior est cæteris Planetis, & primus, ita eius regimen primo creaturam humanam ambit & gubernat. Si itaq; ipse tunc bene dispositus fuerit, erit conceptio bene disposita, & salua &c.

Iupiter disponit conceptum in utero secundo mense, qui facit uentos conge-
larios, & mouet materiam, ut fiat mollis, dirigitq; uentos eius calorem naturalem,
& commiscetur materia cum tali uento, & erit quasi dormiens, qui semper mouetur
C 2 tur

